

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Lectionarium - Cod. Aug. perg. 37**

**[S.l.], [3. Drittel des 10. Jh.]**

Sanctus Augustinus episcopus: Homilie

[urn:nbn:de:bsz:31-6715](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6715)

certa semper uiuendi. nisi agnoscat uitam quod est xps. & per ianuam intret in ouile. Qui non intrat per ostium in ouile ouium. sed ascendit aliunde. ue misero. quia casurus est. Sit ergo humilis. per ostium intret. plano pede ueniat. & non offendet.

**I**tem dicitur sic loquitur.

In illo tempore. **D**ixit ih̄c discipulis suis. Nemo potest ad me uenire. nisi pater qui misit me traxerit eum. & ego resuscitabo eum in nouissimo die. & erit.

**Q**uod dicitur sic loquitur.

**N**emo potest ad me uenire. nisi pater qui misit me traxerit eum. & ego resuscitabo eum in nouissimo die.

Oum enim dixit. nemo potest uenire ad me. nisi pater qui misit me traxerit eum.

continuo subiunxit. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.

Reddo quod sperauit. uidebit quod adhuc non uidendo credidit.

manducabit quod non esurit. satiabitur eo quod sitit.

Vbi. In resurrectione mortuorum. quia ego resuscitabo eum in nouissimo die.

Scriptum est in prophetis. **II** erunt omnes docibiles dei. Quare hoc

dixit. **O** iudei. pater uos non docuit. quomodo potestis me cogitare.

Omnes regni illius homines docibiles dei erunt. Non ab hominibus audi-

ent. & si ab hominibus audierint. tamen quod intellegunt. intus datur.

intus coruscet. intus reuelatur. homines foras uerbum seminare possunt.

sed in uerum laborant. nisi intus deus doceri aperiat sensus.

Ille est deo docibilis. quem deus intus ueritatis instruit agnitione & amore.

Omnes qui audit a patre didicit. & uenit ad me. quomodo trahit pater.

Docendo delectat. non necessitate eredit. sed uoluntate. Filius dicebat. pater docebat.

homo qui uidebatur loquebatur. sed ut deus in corde audientis interius docebat.

Ideo subiunxit. Non quia patrem uidit quisquam. nisi is qui est ad deo. hic uidit patrem.

Nolite putare patrem esse uisibilem uobis.

Nemo uidit patrem. nisi is qui est ad deo. hic uidit patrem.

Ego sum a patre. & ideo patrem uideo.

Quid est autem uos trahi a patre. nisi discere a patre. Quid est discere a patre. nisi audire patrem.